



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 9. Patrum conventus usque ad Lotharingii adventum Legatis interrupti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI  
A.C. 1562.

ejus moderatione præclare jactabantur, non nisi per summam levitatem fides adhiberi valeat: quocirca Amulius Cardinalis in sua ad Seripandum epistola affirmabat, quod omnia speciosa hæc verba nil nisi adulterinæ merces essent, & potius, ut de hujus Cardinalis consilio, agendique ratione sanum judicium ferri posset, non illius linguam, sed manus, & opera inspicere oportere.

§. IX.

*Patrum conventus usque ad Lotharingii adventum a Legatis interrupti.*

*Pallav. c. 17. num. 19.* Præterea Ferrerius Franciæ Orator a

Legatis petebat, ut, quamprimum Lotharingium non nisi tridui itinere a Tridentina urbe distare innotesceret, mox Patrum conventus usque ad ejus adventum interromperentur, ut ipsemet frequentiores aliorum sententias circa quæstionem de Episcoporum auctoritate agitandam percipere posset. Verum initio Præsides huic petitioni deferre cunctabantur, causati, quod ejusmodi mora inutilis foret, cum in quavis congregatione octo vel decem Patres adessent, ibique singulis diebus suas sententias promerent, proin Cardinali integrum foret, ut etiam post suum adventum

adventum plusquam mediam Præfulum Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.  
eo præfente opinantium partem exci-  
pere posset: cum autem altera ex parte  
considerarent, quod ejusmodi repulsa  
funestis malis obnoxia foret, hinc us-  
que ad Cardinalis adventum nullam  
amplius congregationem haberi decre-  
verunt.

## §. X.

*Cardinalis data ad Legatos epistola  
Sessionem differri postulans.*

Grassius igitur Tridentum delatus Car- Palav. n. 10.  
§ 20.  
dinalis Lotharingii nomine Sessio-  
nem prorogari postulat, ignarus, quod  
hæc dilatio jam antea fuisset impetrata.  
Afferebat quoque epistolam Brixiae die  
nona Novembris ad Legatos scriptam,  
in qua idem Cardinalis eisdem hæc si-  
gnificabat: „videtur mihi utpote Sy-  
„nodo jam propinquo, aliquam studii  
„ac obsequii mei significationem præ-  
„mittendam erga ipsos, qui Præsidum  
„munere funguntur; mihi enim persua-  
„deo, quod per illud officium eo faci-  
„lius, quæ peto, impetraturus sim, eo  
„potissimum nomine, quod tam ego,  
„quam Socii mei diligentiam omnem  
„impenderimus, ut ante destinatum Ses-  
„sioni diem Tridentum perveniremus.  
„Verum cum nobis nec celerius iter  
„conficere licuerit, nec jam per sum-